198

lio cum suis habito pro pace recuperanda exiuit obviam soldano nam
ciuus erat speciales inquirens omne tregue rupte possent emen-
dari et obtinuit quod quilibet homo i anon cum vno denario ve-
neto posset emendare Et cum templariorum gamsus abeo recessit
et intrans ciuitate conuocauit vniversum populum et exposuit eis rem
pro eis cum soldano per que omnia deberent esse pacificata Et hec
super omnia fuauit allegans quod manus dampnum et hec posset
omni eis euenire prout euenit Audiens hec populus vnaniter
clamauerunt eum esse traditore populi et ciuitatis et magister hec
audiens ecclesiam sancte crucis in qua huiusmodi fuit conuocato exiuit
et vix manus populi euasit et consilium populi soldano intimauit — de bellis contra ciuitatem [illegible]
Soldanus hec senciens et sciens sibi nullam habere resistenciam
ob populi dissencione tentoria fixit et lx^ta machinas erexit
et xl^ta diebus sine intermissione ciuitate igne lapidibus
sagittis et huiusmodi fecit oppugnare Ita quod sagitte quasi nunquam
videbantur nam quidam volens proicere de turri quandam lanceam
in sarracenos ipsa lancea nunquam mitteretur de manu sua
rupebat sagittis Et Soldanus diuisit exercitum suum scilicet sep- — nota
tes centena milia in tres turmas ita quod centum mille semper
ciuitate oppugnabat quibus lassis alii centum mille ad idem
redierunt Ducenta millia semper stabant ad portas ciuitatis
ad bella parati et reliqua centum milia aliis erat in supple-
mentum vnquam tamen porte ciuitatis erant clause Omni etiam
die templarii et alii fratres inibi commorantes cum sarracenis
habuerunt bella Sed sarraceni iam creuerunt quod centum mil-
le interfectis ducenta milia redierunt nec tamen propter hoc ci-
uitate amisissent si se inuicem fideliter iuuassent nam dum pug-
nabant extra ciuitatem vna pars alia sponte interfuerere (?)
fecit et fugit Intra ciuitate vna pars platea alterius
et castra defendere noluit sed sponte dimittere permisit quia
quiuis suum castrum et plateam tam forte putabat quod alterius
castrum et plateam non curauit et ita in tali discordia ma-
gistri et fratres ordinum predictorum se solummodo defendebant et
contra sarracenos pugnabant quousque quasi omnes erant inter-
fecti


UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_924/0401
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG